MINISTRI ſ. CONJVNCTIVI.

Merca,	*ſerviens*	Imperatori primo
		regi infimo
		ducibus duobus ultimis &
		comitique ultimo
Munach,	*ſerviens*	Imperatori ſecundo
		regibus duobus primis &
		ducibus duobus primis &
		comitibusque omnibus.
Mahpach,	*ſervus*	Paſchtæ *alter.*
Darga,	*ſervus*	Tbhiris *alter.*
Jareach,	*ſervus*	Karnepharæ.
Kadma,	*ſervus*	Gereſchi *alter in ſecunda voce.*
Tliſcha ktanna,		ejusdem *in tertia voce.*

YA 1 1507

Digitized by Google

ACCENTVVM PROSAICORVM SERIES.

DOMINI ſ. DISTINCTIVI.

I. IMPERATORES.

Silluk cum Soph Paſuk — Athnach

II. REGES.

Tiphcha — Sakeph katon — Sgolta

III. DVCES.

Tbhir — Paſchta — Sarka — Rbhia

IV. COMITES.

Pſik Munachatus — Gereſch — Tliſcha gdhola — Paſer

ACCENTVS ALTERNANTES.

Sakeph gadhol,	pro	
Pſik Schalſcheleth,	pro	
Jthibh,	pro	
Merka cphula,	pro	
Karnephara,	pro	
Graſchajim,	pro	

MINI-

ADDENDA

ad pag. 5.

Singularem duali numero מַיִם ſuppono מַי, formæ דַּי, גַּי. Hæ enim mihi deſcendunt, non ex Piel, ſed ex Kal, ad analogiam לַיִל uti גַּיְא ad F. מֶלֶךְ referunt. Namque vocali prima clare & majori mora prolata, ut fit in penacutis, ultima, ſuæ literæ cognata, ita acceleratur & enervatur ut inter pronunciandum plane pereat, ſuccedente in ſcriptione vocis גַּיְא, ob præmiſſum ſonum heterogeneum, Schvate; quale in גֶּיא, ob homogeneum, locum haud invenit. Cumque in neutra forma א diſtincte poſſit efferri, illud plane omittitur, ut prodeat גַּי & conſtr. גֵּי. Ejusmodi autem ultimæ vocalis eliſio ob eandem cauſam fit etiam in aliis. ſic dicitur קֹשְׁטְ pro קֹשֶׁט, חֵטְא pro חֵטֶא & Prov. XXX, 6. אַל־תּוֹסְףְּ pro אַל־תּוֹסֵף.

v. 7.

אֶמְחֶה *delebo*) a radice מָחָה *delevit*, *abſterſit*, prima ſing fut. Kal. coll. §. 48. I. 2.

נִחַמְתִּי *pænitet me*) prima ſing. præt. Niph. Formæ נִקְטַלְתִּי & נִגַּשְׁתִּי coll. §. 44. I. 1. cum §. 20. obſ. 1. & §. 13. I. obſ. 1.

עֲשִׂיתִם׃ *feci eos*) thematis עָשָׂה *fecit*, prima ſingular. præt. Kal, Formæ קָטַלְתִּי coll. §. 48. II. 2. α) cum ſuffixo tertiæ maſcul. plur. ante quod h. l. punctum alias requiſitum omittitur vi §. 39. IV. obſ. 3. exciditque (י) juxta §. 56. I. 6. correpta voc. (ָ) in (ֲ) ex §. 21. coll. §. 25. I. 1.

v. 8.

חֵן *gratia*) nomen maſcul. ſingul. e radice חָנַן *gratiam fecit*, *gratioſus fuit*, *miſertus fuit*, ad formam כְּבֶשׂ derivatum.

בְּעֵינֵי יְהוָה׃ *in oculis Jehova*) עַיִן nomen ſingulare fœmin. generis frequentius, juxta §. 31. exc. 1. β). Formæ בַּיִת dualem flectit עֵינַיִם coll. §. 33. I. 2. cum §. 21. §. 22. IV. 1. & §. 24. I. obſ. 1. cui conſtructa forma h. l. inducta ex §. 34. II. 4.

תושׁ״לבע

& hinc fœm רָעָה coll. §. 32. 1. Formæ צְדָקָה coll. §. 47. Cui, ad conſtructam formam inducendam, adplica §. 34. II. 3. & I. 1. coll. §. 17. c 6. & §. 34. II. 1.

יֵצֶר *figmentum*) a יָצַר ad F. מֶלֶךְ nomen maſcul. ſingul. h. l. conſtructum.

מַחְשְׁבוֹת *cogitationes*) מַחֲשָׁבָה nomen fœm. ſingul. a rad. חָשַׁב *cogitavit*, *excogitavit*, *putavit*, *imputavit*, *reputavit*, *æſtimavit*, ad F. מַמְלָכָה coll §. 25. II. 1. prognatum, format pluralem מַחֲשָׁבוֹת ex § 33. I. 1. β). coll. II. 1. cumque conſtructum, addito § 34. I. 1. & §. 24. II. 2.

לִבּוֹ *cor ejus*) Nomen ſingul. maſc. לֵב, F. זָקֵן coll. §. 45. I. a rad. לבב Niph. *cordatum fieri*, Piel: *animum trahere*, it. *placentas coquere*, ob ſuffixum tertiæ maſcul ſingul. dageſch & (.) ſumit ex §. 19. & §. 18. I. 2.

רַק *tantum*) Particula a rad. רָקַק Arab. *tenuis fuit* res, ſcilicet minime craſſa, ad F. דְּבַשׁ flexa, *minutum*, *minimum*, *tenue*, ſignificat.

v. 6.

וַיִּנָּחֶם *& pœnituit*) tertia maſc. ſingul. fut. Niph. radicis נחם, Niph. *conſolationem accepit*, *ſe conſolatus eſt*, it *pœnituit*; cum ו converſivo, coll. §. 16. III. α). 1. cum §. 18. I. 1.

וַיִּתְעַצֵּב *& indolit*) tertia maſc. ſingul. fut. Hithp. a rad. עָצַב *doluit*, *mœrore affecit*, *dolorem attulit*, cum ו converſivo.

6. ζ), deſcendit a rad. נָפַל *cecidit*, *irruit* &c. notatque eos, qui potentia & tyrannide vel etiam corporis mole in alios *irruunt* eosque *proſternunt*.

הֵמָּה *illi ipſi*) Pronomen tertiæ maſc. plur. conflatum ex ה, perſonæ tertiæ in pronominibus indice, & ם, ex מְתִים, nomine maſc. plural. tantum & *viros* denotante, deſumto. Quod hic ה demonſtrativum ſibi præponit ex §. 38. 1. coll. §. 20. 1.

יָבֹאוּ *venient*, *congredientur*) radicis בּוֹא tertia maſculin. plur. fut. Kal, F. יִקְטְלוּ coll. §. 47. cum I. 1. & n. 3. γ).

הֵמָּה *illi*) ה paragogicum eſt & dageſch euphon. ut in הֵנָּה v. 2.

הַגִּבֹּרִים *fortes*, *heroes illi*) nomen maſc. plur. a ſingul. גִּבּוֹר F. nud. XXXIV. a rad. גָּבַר *valuit*, *invaluit*, *prævaluit*, *robuſtus*, *validus fuit*; cum articulo.

אַנְשֵׁי *viri*) אֱנוֹשׁ maſc. ſingul. (conf. ad c. IV. v. 26. notata) pluralem parit אֲנָשִׁים coll. §. 33. I. 1. α) cum §. 22. III. obſ. 3. & §. 26. XV. unde hic conſtructa forma eſt ex §. 34. II. 4. it. I. 1. nec non §. 24. II. 1.

v. 5.

רַבָּה *multa*, *ampla*) Adjectivum fœm. ſingul. a maſc. רַב coll. §. 32. 1. cum §. 19. deductum, nam radix eſt רָבַב (v. 1.).

רָעַת *malitia*) Ex רוּעַ *malum eſſe* vel *videri*, naſcitur רַע *malus*; *malitia*, *malum*, & hinc

בָּחֲרוּ׃ *elegerunt*) Radicis בָּחַר *elegit*, *ſelegit*, tertia maſcul. ſingul. præt. Kal. בָּחֲרוּ formæ קָטְלוּ coll. §. 25. I. 1. ob accentum (τ) accipit ex §. 27. 4. β).

V. 3.

יָדוֹן *diſceptabit*) דּוּן *judicare*, *diſceptare*, tertiam maſcul. ſingul. fut. Kal ad F. יִקְטוֹל inflectit, adhibito §. 47. cum n. 3. γ).

רוּחִי *ſpiritus meus*) רוּחַ c. I. v. 2. cum ſuffixo primæ ſingul. coll. §. 57. c. 7.

בָאָדָם *cum hoc homine*) pro בְּהָאָדָם coll. §. 56. I. 1.

בְּשַׁגַּם *propterea quod etiam*) גַּם c. III. v. 6. cui hic ob accentum ex § 17 1. plerique codices (τ) adſcribunt, duplex præfixum ex §. 38. 2. & §. 50. III ſibi præmittit.

יָמָיו *dies ejus*) יָמִים c. I. v. 14. cum ſuffixo tertiæ maſc. ſingul. pluralium nominum coll. §. 39. II.

מֵאָה *centum*) Vid. c. V. v. 3.

עֶשְׂרִים *viginti*) numerale cardin. plur commun. (§. 31. I. 3.) a ſingul. עֶשֶׂר c. V. v. 14. juxta §. 33. I. 1 α) coll. §. 21 §. 22. IV. obſ. 2. β) cum § 24. I. 3. deductum.

V. 4.

הַנְּפִלִים *gigantes*) (Num. 13. 33.) nomen plurale maſc. inuſitati ſingularis נָפִיל F. קָצִיר, cujus (τ) ob terminationem plur. ex §. 21. corripitur & (י) per Syncopen h. l. tollitur juxta §. 56. I. 6.

לְרֹב *multiplicari*) Infinitivus Kal, radicis רָבַב *multum, copioſum eſſe, multiplicari: jaculari*, coll. §. 45. I pro רְבֹב: cum præfixo ל ex §. 50. III.

יֻלְּדוּ *nati, æ, ſunt*) a rad. יָלַד *gignere, parere*, tertia plur. commun. præt. Püal.

v. 2.

וַיִּרְאוּ *& viderunt*) tertia maſcul. plur. Fut. Kal, rad. רָאָה coll. §. 48. II. 1. cum ו converſivo.

בְנֵי *filii*) pluralis conſtructus abſoluti בָּנִים c. III. 16. ex § 34. II. 4. & I. 1.

בְּנוֹת *filiæ*) forma conſtructa abſoluti בָּנוֹת c. V. v. 4. coll. § 34. I. 1.

טֹבֹת *bonæ*) טוֹבָה, adjectivum ſingul. fœm. F. בְּשׂוֹרָה coll. §. 47. cum §. 17. c 2. pluralem format ex §. 33. I. 1. β). coll. II. cum §. 17. c. 2.

הֵנָּה *illæ*) Pronomen tertiæ fœm. plur. הֵן, conſtans ex litera ה perſonæ tertiæ, ut objecti in ſermonis negotio vage & indeterminate *exiſtentis*, charactere, e rad. הָיָה *extitit* deſumto; & ן, nominis fœmin. pluralis numeri tantum נָשִׁים, *mulieres* notantis, compendio, ה paragogicum ſibi jungit ex §. 54 I. 1 β). & dageſch euphon. adſumit ex §. 20. obſ. 3 β). Tonum habet in penult. vi §. 16. I. obſ. 2. α).

וַיִּקְחוּ *& ſumſerunt* vel *ſurripuerunt*) Formæ יִקְטְלוּ, coll. §. 44. obſ. 3. α) cum §. 11. II. obſ. 1.

בָּחֲרוּ:

pliciꝑræfixo, de quibus §. 50. I. coll. §. 20. 2. & §. 50 III obſ. 1. *α*).

יָדֵינוּ *manus noſtræ*) יָד c. III. v. 22. dualem יָדַיִם format ex §. 33. I. 2. cui junctum hic eſt ſuffixum, coll. §. 39 II.

אֵרְרָהּ *maledictam reddidit eam*) tertia maſcul. ſingul præt. Piel אֵרַר (coll. §. 20. 2. & §. 41. III. obſ. 3.) radicis אָרַר *maledixit, exſecratus eſt*, cum ſuffixo tertiæ fœm. ſingul. coll §. 21. cum §. 17 c. 6. it. §. 22. IV. 1. coll. §. 26. XV. & §. 13. I. 2.

v. 32.

שֵׁם *Schem*) nomen propr. viri, appellative *nomen*, *famam*, *celebritatem* denotans. Conf. c. II. v. 11.

חָם *Hham*) nomen proprium, a radice חָמַם *calefactus fuit*, *caluit*, *incaluit*, ad F. דָּבַר inflexum, *calidum* ſignificat.

יָפֶת׃ *Japhet*) Nomen propr. יֶפֶת (extra pauſam,) deſcendens a rad. פָּתָה *pellectus*, *perſuaſus fuit*. Chald. *dilatari*, formam tertiæ maſcul. ſingul. futuri apocopati Hiphil, coll. §. 57. I. & 2. *β*). exhibet, ut יָרֶד v. 15.

CAP. VI.

v. 1.

הֵחֵל *incepit*) tertia maſcul. ſingul præter. Hiph. radicis חָלַל c. IV, 26 Formæ הִקְטִיל coll. §. 45. I. & 1. *γ*). it. n. 3. *α*).

v. 25.

וּשְׁמֹנִים *& octoginta*) numerale cardinale plural. commun. (§. 31. I. 3.) a ſingul. שְׁמֹנֶה verſ. 4. ex §. 33. I. 1. α). II. 1. coll. §. 17. c. 2. flexum.

v. 26.

וְשֶׁבַע *& ſeptem*) numerale conſtructum abſoluti שֶׁבַע v. 7. coll. §. 34. I. obſ. 3. cum copula.

v. 27.

תֵּשַׁע *novem*) Vid. ſupra v. 5.

v. 29.

נֹחַ *Noahh*) nomen proprium viri, a rad. נוּחַ *quieſcere*, *requieſcere*, *reſidere*, deductum ad F. כָּבוֹד coll. §. 9. II. obſ. 1. & §. 47. *requiem*, *tranquillitatem*, *conſolationem* deſignans.

יְנַחֲמֵנוּ *conſolationem ſ. tranquillitatem adferet nobis*) radicis נִחַם Piel (coll. §. 20. obſ. 1. & §. 41. III. obſ. 3.) *ſolari*, *conſolari alium*, *quietem conciliare animi*, eſt tertia ſingul fut. cum ſuffixo primæ pluralis. Quo ad verbum accedente conf. §. 22. II. 1. cum §. 25. I. 1. & §. 13. I. 3. β).

מִמַּעֲשֵׂנוּ *ab opere noſtro*) a rad. עָשָׂה *fecit*, ad F. מִסְכֵּן coll. §. 25 II. 2. α) א) & §. 48. I. 2. oritur מַעֲשֶׂה *factum*, *opus*, *opificium.* cujus ultima h. l. perit ob ſuffixum primæ plur. vi §. 39. I. obſ. 2. p. 87.

וּמֵעִצְּבוֹן *& a dolore*) conſtructum abſoluti עִצָּבוֹן c. III. v. 27. ex §. 34. I. 1. cum duplici

coll. §. 56. I. 4. *α*) vid. ſupr. p. 26.) juxta §. 33. I. 1. *α*) coll. §. 17. c. 3. *α*) cum §. 18. I. 2. formatur.

יָֽרֶד׃ *Jared*) nomen proprium viri יֶרֶד, absque accentu domino, a rad. רָדָה *dominatum exercuit*, ad F. יִמְלֹךְ coll. §. 57. I. & 2. *β*) inflexum, *dominatorem* notans.

v. 18.

שְׁתַּיִם *duæ*) Vid. v. 8. שְׁתֵּים.

v. 21.

מְתוּשָֽׁלַח׃ *Mthuſchalahh*) מְתוּשֶׁלַח nomen proprium viri, compoſitum ex מְתוּ, de quo p. 79. & שֶׁלַח, F. מֶלֶךְ *emiſſionem, miſſile, miſſilia, gladium, propaginem*, appellative notante, a rad. שָׁלַח *miſit, emiſit*, atque hic ob pauſam ex §. 27. I. (*τ*) recipiente.

v. 22.

וַיִּתְהַלֵּךְ *& continuo inceſſit*) a rad. הָלַךְ *ivit, inceſſit*, eſt tertia maſcul. ſingul. fut. Hithp. cum ו converſivo.

שְׁלֹשׁ *tres*) numerale cardinale maſculin. ſingul. conſtructum abſoluti שָׁלֹשׁ, F. כָּבוֹד, coll. §. 34. I. 1. שִׁלֵּשׁ *triplicavit, tertiavit, tripartitus eſt*.

v. 24.

וְאֵינֶנּוּ *& nullus ille*) אַיִן c. II. v. 5. cum ſuffixo tertiæ maſcul. ſingul. quo adpoſito conf. §. 17. c. 5. & §. 16. II. & I. cum §. 21. §. 22. IV. 1. & §. 24. I. obſ. 1. & cum præfixo.

ſolut. חָמֵשׁ v. 6. conſtituendam. conf. §. 34. I. 1. cum §. 25. I. 1. & §. 34. II. obſ. 3.

v. 12.

שִׁבְעִים *ſeptuaginta*) numerale cardin. plur. commun. (§. 31. I. 3.) a ſing. שֶׁבַע v. 7. juxta §. 33. I. 1. α). coll. §. 21 §. 22. IV. obſ. 2. β). cum §. 24. I. 1. ductum.

מַהֲלַלְאֵל *Mahălal-el*) nomen propr. viri, figura compoſitum (§. 30. 2.) ex מַהֲלָל *laus*, nomine maſcul. F. מַשְׁמָן coll. §. 25. II. 1. cum § 13. I. 2. radicis הָלַל *inſanivit*, הִלֵּל Piel *inſanum reddidit*, ſæpius: *laudavit*; & אֵל, quod ex אול (unde אֵיל & אֱיָלוּת *fortitudo*, *virtus*, ad F. זָקֵן coll. §. 47. deſcendens *poteſtatem*, *facultatem*, *fortem*, *Deum fortem* denotat. Factaque compoſitione conf. §. 3. obſ. 1. α). § 16. II. & 18. I. 1.

v. 13.

אַרְבָּעִים *quadraginta*) numerale cardin. plur. commun. (§. 31. I. 3.) ex ſingul. maſcul. abſol. אַרְבַּע *quatuor*, F. אַכְזָב rad. רָבַע *quadratum eſſe* vel *fieri*.

v. 14.

עֶשֶׂר *decem*) numerale cardin. maſcul. ſingul. F. מֶלֶךְ, a rad. עָשַׂר *decimavit*, *decimas accepit*.

v. 15.

שִׁשִּׁים *ſexaginta*) numerale cardin. plur. commun. (§. 31. I. 3.) ex ſingul. maſcul. generis שֵׁשׁ *ſex*, (pro שֶׁדֶשׁ F. פֶּרֶשׁ

 coll.

II. 1. cum §. 17. c. 7. concipienda, adjecta ſcilicet terminat. ־ִים e § 33. I. 2. tonoque hinc e priſtina ſede moto. conf. §. 21. §. 22 IV. 1. cum §. 24. I. 1. nec non §. 56. I. 2. obſ. 2). & §. 11. I 2. β). Ad cujus formam, quæ hic occurrit, conſtructam facit §. 34 II 4 obſ.

עֶשְׂרֵה *decem*) numerale card. maſcul. ſingul ubivis ſub forma regiminis (§. 34. II 2.) alii nomini numerali poſtpoſitum, nomine ſcilicet recto nonnunquam præmiſſo (conf Joſ 19. 6. & 21. 4 cum cap. 21. 19. & 33.) alibi vero ſubintellecto, coll Int. §. 159 qua in re cum אַחַת convenit. Cujus abſolutum עֲשָׂרָה a rad. עָשַׂר *decimavit, decimas accepit*, per ה cum (··) præmiſſo, quale eſt in שְׁמֹנָה v. 4. & aliis, in reliquis ad F. חֶרְפָּה flectitur.

v. 9.

תִּשְׁעִים *nonaginta*) numerale cardin. plural. commun. (§. 31 I. 3.) ex ſingul. תֵּשַׁע (v. 5.) coll. §. 33 I. 1. α) cum §. 21. §. 22. IV. obſ. 2. β) & §. 24. I. 1.

קֵינָן *Kenan*) nomen proprium viri, a rad. קין ad anal. auctorum XLIV. coll. §. 47. informatum; ſed ſignificatum, quo *poſſeſſorium* exprimit, a קָנָה deſumens juxta §. 43. obſ. 3.

v. 10.

חָמֵשׁ *quinque*) Ad formam conſtructam abſoluti

מֵאַת *centum*) pluralis ex ſingul. מֵאָה v. 3. coll. §. 33. I. 1. β) cum II. 1.

וּבָנוֹת׃ *& filiæ*) A rad. בָּנָה *ædificavit, exſtruxit*, oritur בְּנַת ad F. דְּבֶלֶת parad. p. 29. & עֵנֶת pag. 30. coll. §. 48. II. 1. cum §. 17. c. 7. & hinc per Syncopen בַּת ex §. 56. I. 2. Accedente autem terminatione plur. ex §. 33. I. 1. β). conf. §. 56. I. 2. β) §. 33. II. 1. & §. 22. IV. 2.

v. 5.

חַי *vixit*) radix ipſa, imperfecta quoad mediam geminatam, hic abjectam vi §. 45. I.

תְּשַׁע *novem*) Numerale cardinale maſcul. ſing. abſoluti ſtatus תֵּשַׁע, F. סֵפֶר coll. §. 26. IX. 1. conſtructam formam accipit ex §. 34. I. obſ. 2. γ).

וַיָּמֹת׃ *& mortuus eſt*) tertia maſcul. ſingul. fut. Kal ex מוּת *mori*, F. יִקְטוֹל coll. §. 47. cum I. 3. γ) de ו conv. tonum non retrahente vid. §. 50. III. obſ. 3.

v. 6.

חָמֵשׁ *quinque*). numerale cardinale maſcul. ſingul. F. זָקֵן. חִמֵּשׁ *quintavit, quintam accepit partem.*

v. 7.

שֶׁבַע *ſeptem*) numerale cardin. maſcul. ſingul. F. מֶלֶךְ coll. §. 26. IX. 1. rad. שבע vid. p. 27. Niph. נִשְׁבַּע *juravit.*

v. 8.

שְׁתֵּים *duæ*) שְׁתַּיִם numerale card. fœm. dual. abſoluti ſtatus oritur a forma ſingul. שְׁנַת, ad inflexionem דְּבֶלֶת & עֵנֶת ex rad. שָׁנָה *iterare, repetere*, coll. §. 48.

שָׁלשׁ *tres*) F. כָּבוֹד coll. §. 33. I. 1. α). ductum. שִׁלֵּשׁ *triplicavit, tertiavit, tripartitus eſt.*

וּמְאַת *& centum*) מְאַת *centum*, numerale cardinale fœminini generis, a radice מאה Arab. مَأَى *extendit, dilatavit, acceſſit centeſimus* aliis, *immerſit ſe* in negotium, *ſumma* in eo *conatus fuit,* ad F. חֶרְפָּה coll. §. 48. II. 1. cum §. 18. II. conſtructum ſtatum format ex §. 34. II. 3. & I. 1. cum II. 1.

וַיּוֹלֶד *& genuit* ſ. *parere fecit*) a rad. יָלַד *genuit, peperit*, tertia maſcul. ſingul. fut. Hiph. coll §. 46. I. 2. α). cum ו converſivo ex §. 50. III. obſ. 3. β). coll. §. 18. I. 1.

v. 4.

אַחֲרֵי *poſt* (nomen plurale conſtructum, a ſingulari אַחַר F. חֵלֶק (coll. § 41. III. obſ. 3. & § 20. obſ. 1.) *tergum, ultimum, poſterius, partem poſticam* &c. notante, formandum, ductu §. 33. I. 1. α) §. 17. c. 5. c. 6. §. 22. IV. 1. coll. obſ. 2. §. 25. I. 1. §. 13. I. 3. nec non §. 34. II. 4. ex rad. אָחַר (p. 84.)

הוֹלִידוֹ *generare ipſum*) Infinitivus Hiph. rad. יָלַד coll. §. 46. I. 2. α). Adjecto ſuffixo inſpice §. 17. c. 5. §. 16. II. & I. obſ. 1 β) cum §. 21. & 22. I. it. §. 13. I. 1.

שְׁמֹנֶה *octo*) numerale cardin. maſcul ſingul. abſoluti ſtatus, in fine per ה ֶ auctum inſtar לְבֵנָה, נְדָנָה, &c in reliquis convenit cum F. בְּשׂוֹרָה

מְאַת

temporis ſit ſive rationis, exprimit nominali ſignificatione.

הוּחַל *inceptum eſt*) a rad. חָלַל *perforari, perfodi; vulnerari; tripudiare, ſaltare.* Piel: *profanare: confodere: tibiis canere: ſaltare.* Hiph. *profanare* it. *incipere,* formatur tertia maſcul. ſingul. præt. Hiph. adhibito §. 45. cum I. n. 3. α).

לִקְרֹא *prædicare, invocare* &c.) a קָרָא *vocavit, invocavit; accerſivit, invitavit: clamavit, proclamavit, prædicavit;* unde κηρύσσειν. Infinit. Kal cum præfixo. Vid. §. 49. I.

Cap. V.

v. 1.

זֶה *hic*) Vid. ad זֹאת p. 45.

סֵפֶר *liber, libellus, enumeratio, recenſio, litera*) nomen F. nud. XI. a rad. סָפַר *numeravit, annumeravit, narravit: recenſuit.*

בְּרֹא *creare*) Infinitivus Kal. Vid. §. 49. I.

v. 2.

בְּרָאָם *creavit eos*) adpoſito radici ſuffixo vid. §. 21.

שְׁמָם *nomen eorum*) conf. שְׁמוֹ ſupra pag. 42.

v. 3.

וַיְחִי *& vixit*) a rad. חָיָה *vixit*, formæ וַיְהִי p. 6.

שְׁלֹשִׁים *triginta*) numerale cardinale plural. commun. (§. 31. I. 3.) a ſingul. maſcul. שָׁלֹשׁ

titatem, *durationem*, *tempus protractum* & *continuatum*.

שֵׁת *Schetb*) Nomen proprium Viri, *repoſitum* exprimens, ad F. זָקֵן coll. §. 47. a rad. שׁוּת derivatum, unde

שָׁת *poſuit*, *diſpoſuit*, *prapoſuit*, *adpoſuit*) tertia maſcul ſingul. præt. Kal, coll. § 47. &. I. 1. α).

אַחֵר *alius*, *alter*, quaſi *poſterior*) Nomen adject. F. חָלָק coll. §. 20. obſ. 1. cum §. 13. I. obſ. 1. a rad. אָחַר *moratus eſt*, *tardavit*, *diſtulit*.

הֲרָגוֹ *interfecit eum*) Accedente ad tertiam ſingul. maſcul. præt. Kal, ſuffixo tertiæ maſcul. ſingul. conf. §. 17. c. 5 §. 16. II. obſ. 5. & I. obſ. 1. β). cum §. 21. §. 25. I. 1. & §. 22. IV. obſ. I. γ).

v. 26.

אֱנוֹשׁ *Enoſch*) Nomen propr. Viri, non ex radicis אָנַשׁ ſignificatione biblica *æger fuit*, *ægritudine adfectus fuit*; ſed uſu Arabico *ſocietatem initiit* vel *coluit*, a conventibus ſacris & ſolemnioribus cœtibus, tum celebrari cœptis, ortum trahens. אֱנוֹשׁ *homo* etiam a *ſocialitate*, ad quam colendam præ cæteris animalibus natura deſtinatus, potius quam *mortalitate* & *infirmitate* dicitur.

אָז *tunc*) a rad. אוּה *accendit*, *uſſit*, *aduſſit*, ad F. דָּבָר coll. §. 57. I. deſcendens *inſtans* & *urgens* aliquod *momentum*: ſive tempo-

וְיֶלֶד *& natus*, ſ. *puer*) Nomen maſcul. Formæ מֶלֶךְ a rad. יָלַד *genuit, peperit*; cum copula.

לְחַבֻּרָתִי *ad vibicem meam* ſ. *tumorem liventem meum*) a rad. חָבַר *aſſociatus fuit*, deſcendit nomen fœm. חַבּוּרָה ex Piel ad F. V. in fine auctorum p. 23. quod tamen hic pro ו per euphon. (ֻ) habet ex §. 26. VIII. 2. adpoſitoque ſuffixo. conf. §. 39. I. obſ. 2. & §. 13. I. 1.

v. 24.

שִׁבְעִים *ſeptuaginta*) Nomen numerale cardin. plur. commun. generis, (§. 31. I. 3.) ex ſing. maſc. שֶׁבַע oritur, coll. §. 33. I. 1. α). cum §. 21. §. 22. IV. obſ. 2. β). & §. 24. I. 1.

וְשִׁבְעָה *& ſeptem*) Vid. v. 15.

v. 25.

עוֹד *amplius*, *porro*, *iterum &c.*) E verbo quieſcente media, quod Arabice ſignificat: *rediit*, *reverſus fuit*, *iterum fecit*; *reddidit*, *reſtituit*, *reduxit*; *conſuevit*, *adſuevit* rei, *pro more habuit*. II. *adſuefecit*, *morem*, *conſuetudinem introduxit*, *cibum ſecunda vice adpoſitum edit*, *conſenuit* camelus. III. *reverſus fuit ad primum actum*; *adſiduus*, *ſedulus* fuit in re, ad F. סְגוֹר coll. §. 47. deductum nomen ſubſt. maſcul. ſingul. notat formaliter: *reditum* ad eundem actum, *iterationem*, *conſuetudinem*, *identita-*

וַאֲחוֹת *& ſoror*) Nomen fœm. ſingul. conſtructum coll. §. 34. I. 1. cum §. 25. I. 1. abſoluti אָחוֹת, quod a rad. אחה ad F. אַשְׁפּוֹת deſcendit, coll. §. 48. II. 1. cum §. 18. II. Ad præfixum ו conf. §. 50. III. cum §. 24. III. & §. 13. I. 1.

נַעֲמָה׃ *Naama*) Nomen propr. Fœm. a rad. נָעֵם *amœnus, jucundus fuit*, F. כִּבְשָׂה coll. §. 25. II. 1. *amœnam* notat. de Meteg. vid. §. 13. I. 2.

V. 23.

לְנָשָׁיו *ad uxores ſuas*) נָשִׁים cum ſuffixo, coll. §. 39. II. & præfixo.

שְׁמַעַן *audite*) Imperativi Kal ſecunda fœm. plur. ex שְׁמַעְנָה, formæ קְטֹלְנָה coll. §. 41. III. obſ. 3. per apocopen formata juxta §. 57. III. 3 α).

נְשֵׁי *uxoris*) Conſtructum ex נָשִׁים, coll. §. 34. II. 4. & I. 1.

הַאְזֵנָּה *auribus percipite*) ſecunda fœm. plur. Imperativi Hiph. rad. אזן, Piel & Hiph. *attendit, auſcultavit, audivit*, F. הַקְטֵלְנָה coll. §. 25. II. 1. §. 13. I. 2. & §. 44. obſ. 1.

אִמְרָתִי *ſermo, dictum, eloquium meum*) nom. fœm. a rad. אָמַר *dixit*, F. שִׁפְחָה; cum ſuffixo, coll. §. 39. I. obſ. 2. p. 87.

לְפִצְעִי *ad vulnus meum*) Suffixo ad פֶּצַע F. מֶלֶךְ coll. §. 26. IX. 1. radicis פָּצַע *vulneravit*, accedente, vid. §. 17. c. 5. cum §. 16. I. obſ. 1. β). & §. 21. §. 22. IV. 1. §. 24. I. 1.

וּמִקְנֶה *& res pecuaria ſ. poſſeſſio*) nomen maſcul. ſingul. a principio auctum ad F. מִסְכֵּן coll. §. 48. I. 2. a קָנָה v. 1. cum præfixo.

v. 21.

יוּבָל *Jubal*) *rivus* (Jer. 17. 8.) F. יַקְטָן, coll. §. 46. I. 2. β). a יבל v. 20.

תֹּפֵשׂ *prebendens*, Particip. præſ. Kal, a rad. תָּפַשׂ *prebendit*, *apprebendit*, *tractavit*, *occupavit*.

כִּנּוֹר *cithara*) Nom. maſcul ſingul. F. גִּבּוֹר.

וְעוּגָב *& organum*) *ab amabili* ſono, nam עָגַב eſt *adamare*, F. nud. XVII.

v. 22.

תּוּבַל קַיִן *Tubhal Kajin*) תּיבל *rivus*, formæ fere תִּקְהַת collatis ad יוּבָל v. 21. dictis, in conſtructo ſtatu ſequenti (de quo v. 1.) jungitur ex §. 34. II. 1. ut *rivum Kaini* ſignificet. Quod ad tonum, conf. §. 16 II obſ. 2. cum III α) 4.

לֹטֵשׁ *perpoliens*) Participium radicis לָטַשׁ *acuit*, *polivit*; *erudivit*.

חֹרֵשׁ *faber*, *artifex*) Participium Kal, rad. חָרַשׁ *aravit*, *exaravit*, *expreſſit*, *inſculpſit*, *fabricavit*, *machinatus eſt*.

נְחֹשֶׁת *æs*) Nomen fœm. F. קְטֹרֶת a radice נחש Piel *augurari*, *conjectare*: *experiri*, *expertum habere*.

וּבַרְזֶל *& ferrum*) nomen quadratum maſc. F. חֵלֶק, coll. §. 41. III obſ 5. β. & §. 26. V. 2. acutum, vi § 16. II. obſ. 8. cum præfixo ו.

 וַאֲחוֹת

ſcendentis coll. §. 33 I. 2 cum §. 17. c. 5. §. 21. §. 22. IV. 1 §. 24. I. 1 necnon §. 56. I. 2 obſ. 1. β). & §. 11. I. 2. β)).

נָשִׁים *mulieres, uxores*) pluralis, inuſitati ſingul. נָשָׁה, a rad. נָשָׁה *oblitus fuit* (quia in mulieribus, alii viro nuptis, paterni nominis memoria *oblivioni traditur* atque extinguitur,) ad F. צְדָקָה coll. §. 48. II. cum §. 17. c. 7. deducti; adhibito §. 33. I 1. cum obſ 1. & II 1.

עָדָה *Ada*) Nomen prop. fœm. a rad. עָדָה *ornavit*, ad F. כַּבָּשָׁה coll §. 48 II. 1. cum §. 18. II. flexum, *ornatam* exprimens.

הַשֵּׁנִית *ſecunda*) numerale ordinale fœmininum maſculini שֵׁנִי, de quo cap. 1. v. 8. ad F. שְׁמָרִית ex שָׁנָה coll. §. 48. II. 1. cum §. 18. II. ortum; cum articulo hoc loco præmiſſo.

צִלָּה *TSilla*) N. Pr. fœm. a rad. צָלַל *obumbrari*, ad F. קְלִיטָה coll. §. 48. I. §. 17. c. 3. α). & §. 18. I. 1. *umbroſam* deſignans.

v. 20.

יָבָל *Jabal*) N. P. Viri a rad. יָבַל *attulit, adduxit: abduxit: deduxit, reduxit*, ad F. דָּבָר, *fluvium, aquaeductum* (Jeſ. 30. 25. c. 44. 4.) ſignificans.

אֲבִי *Pater*) abſoluti אָב (c. II. v. 24) conſtructæ formæ ex §. 39. II. obſ. 3. & §. 34. I. 1. cum §. 25. I. 1.

אֹהֶל *tentorium*) nomen maſc. F. קֹדֶשׁ, unde אָהַל *tentorium figere* vel *movere*.

וּמִקְנֶה

levit; & יאל Hiph. *voluit*, *acquievit*, ad F. אָחוּ Parad p. 3. & זָקֵן.

מְחִיָּיאֵל *Mhbijael*) idem quod præmiſſum, niſi quod pro י alternet ־־־ uſitata permutatione, ut ita ad literarum ductum ſcribendum ſit formaliter מְחִיְיָאֵל, mota per vocalem ſuam prima ultimæ partis litera; prioris ultima in (.) quieſcente. Sed poſtquam huic iſtius loco per compendium impreſſum fuit dageſch, abjicienda fuiſſet ea, quæ otioſe ſervata. Conf. cum hoc ſimile plane nomen יְרִאִיָּה Jer. 37, 13. & יִשָּׂשכָר Gen. 30, 18. &c. nec non מְחַצְצְרִים 1. Chr. 15, 24. 2. Chr. 7, 6. c. 13, 14. c. 29, 28 pro מַחְצְצְרִים 2. Chr. 5, 13. In quibus omnibus dageſch loco expreſſa litera.

מְתוּשָׁאֵל *Mthuſchael*) ejusdem figuræ ac formæ: ex מתה, unde מְתוּם *forma humana*, & מְתִים *viri*,; atque שָׁאַל *rogavit*, *interrogavit*, *petiit*, *conſuluit*, *quæſivit.*

לָמֶךְ *Lamech*) ob pauſam pro לֶמֶךְ ex §. 27. 1. eſt Nomen proprium Viri nudum. F. מֶלֶךְ, a rad. למך. Arab. eſt תלמך *juvenis validus & robuſtus.*

v. 19.

שְׁתֵּי *duæ*) ſtatus conſtructus coll. §. 34. II. 4. nominis numeralis cardinalis fœm. dualis numeri שְׁתַּיִם, ex ſing. שֶׁנֶת (Formæ דִּבֶלֶת coll. §.48.II.1. cum §.17. c. 2, & 7. a r. שָׁנָה *iterare*, *repetere*,) deſcen-

exilio Kaini dictæ, ex נוּר v. 12. ad F. סְגוֹר coll. §. 47. oritur.

v. 17.

וַיֵּדַע *& cognovit*) Formæ וַיֵּשֶׁב verſ. præcedentis. Add. §. 41. III. obſ. 3. a יָדַע de quo v.

חֲנוֹךְ *Hhanoch*) Nomen proprium Viri, F. סְגוֹר coll. §. 25. I. 1. a rad. חָנַךְ *initiavit, dedicavit.*

בֹּנֶה *ædificans*) a rad. בָּנָה *ædificavit, extruxit*, c. II. v. 22. particip. præſ. Kal. coll. §. 48. I. 4. Add. h. l. §. 16. III. α). 4. §. 3. II. 2. γ). & §. 11. I. 3. β).

עִיר *urbs, civitas*, nomen generis fœmin. frequentius juxta §. 31. exc. 1. β. coll. Lev. 26, 33. Jer. 44, 2. ad F. קָצִיר coll. §. 47. a rad. עוּר *evigilare, expergiſci.*

בְּנוֹ *filius*) a בָּנָה *ædificavit* ad F. חֲמֹר coll. §. 57. I. Addito ſuffixo, confer §. 22. II. 2. cum obſ. 2.

v. 18.

וַיִּוָּלֵד *& natus eſt*) tertia maſcul. ſingul. fut. Niph. rad. יָלַד coll. §. 46. III. 1. cum ו converſivo.

עִירָד *Irad*) nomen propr. ex ערד Arab. *exorta fuit; extulitque ſe* planta &c. it. *durus fuit. II. fugit, aufugit*, unde עָרוֹד *onager.* ad F. כִּכָּר coll. §. 20. *Hillero* eſt pro עָדִיר *inſtructus, ordinatus*, ab עָרַךְ *ordinavit, inſtruxit, diſpoſuit.*

מְחוּיָאֵל *Mhhujael*) Nomen propr. Viri, compoſitum (§. 30. 2.) ex מָחָה *abſterſit, delevit;*

שִׁבְעָתַיִם *ſepties, ſeptuplum*) Ex rad. שָׁבַע, (vid. p. 27.) natum שִׁבְעָה *ſeptem*, numerale cardinale fœm ſingul. ad F. שִׁפְחָה, dualem terminationem adſumit ex §. 33. I. 2. coll. II. 2.

יֻקָּם *vindicabitur*) ex נָקַם *ultus eſt, ultionem ſumſit, vindicavit*; eſt tertia maſcul. ſingul. fut. Hüph. coll. §. 44. 1. & §. 27. 1.

וַיָּשֶׂם *& poſuit*) tertia maſcul. ſingul. fut. Hiph. a radice שׂוּם *ponere, imponere, diſponere, ſtatuere, collocare*, analog. foret יָשִׂים, ſed conf. §. 26. III. 1. cum §. 47. & n. 3. α) præpoſitoque ו converſivo ex §. 50. III. obſ. 3. β), adhibe §. 18. I. 1.

הַכּוֹת־ *percutere*) Infin. Hiph. radicis נכה Hiph. *percuſſit, cæcidit*, formæ הִקְטִיל coll. §. 43. obſ. 1. cum §. 44. 1. & §. 48. I. 4. obſ. 3. α). Add. poſt §. 14. §. 18. I. obſ. 2.

V. 16.

וַיֵּצֵא *& egreſſus eſt*) tertia maſcul. ſingul. fut. Kal, rad. יָצָא coll. §. 46. I. 1. & §. 56. 6. α). cum ו converſivo tonum retrahente.

מִלִּפְנֵי *ex* (loco) *ad faciem*-(ſito) פְּנֵי de quo p. 4. cum duobus præfixis, ex §. 50. III. coll. §. 24. I. 1. & §. 50. I. præmiſſis.

וַיֵּשֶׁב *& habitavit*) a יָשַׁב *ſedit; manſit; habitavit*, ad formam præcedentis verbi flectitur, addito §. 18. I. 1.

נוֹד *Nod*) Nomen proprium regionis, ab *exilio*

V. 14.

גֵּרַשְׁתָּ *expellis*) ſecunda maſcul. ſingul. præteriti Piel, radicis גָּרַשׁ coll. §. 20. 1.

אֹתִי *me*) אֵת cum ſuffixo primæ ſingularis conſtituit ejusdem pronominis Accuſativum, juxta §. 36. I. 2. coll. §. 39. III. obſ. 3. β) 9.

מִפָּנֶיךָ *a facie tua*) פָּנִים, de quo pag. 4 cum ſuffixo ſecundæ maſcul. ſingul. nominum pluralium, coll. §. 39. II. & præfixo.

אֶסָּתֵר *abſcondar*) prima ſingul. fut. Niph. rad. סָתַר *abſcondidit ſe*. Niph. *abſconſus fuit*, *abſcondidit ſe*, *latuit*.

וְהָיִיתִי *& fui*) prima ſingul. præteriti Kal, rad. הָיָה formæ קָטַלְתִּי coll. §. 48. II. 2. α). cum præfixo ו.

מֹצְאִי *inveniens me*) participium præſ. Kal מֹצֵא, a rad. מָצָא *invenit*, *deprehendit*, *adſecutus eſt*, cum ſuffixo, (de quo vid. §. 39. IV. except. 2.) coll. §. 17. c. 5. §. 16. I. obſ. 1. α) & β) §. 21. & §. 22. II. 1. nec non §. 13. I. 4.

יַהַרְגֵנִי׃ *interficiet me*) Vid. ſupra v. 8. ſed ſuffixum hic eſt perſ. primæ.

V. 15.

לָכֵן *ad veritatem, profectò*) כֵּן ex כּוּן *aptare*, *dirigere*, *verificare*, deſcendit ad F. כֵּרֵשׁ, coll. §. 47. *aptitudinem*, *diſpoſitionem congruam*, *veritatem* ſeu *certitudinem* exprimens; cui præponitur ל ex §. 50. III.

שִׁבְעָתַיִם

מִיָּדֶךָ: *e manu tua*) vid. p. 67. & conf. ad ſuffixum ךָ §. 27. 3.

v. 12.

תַעֲבוֹר *coles*) rad. עָבַד ſecunda maſcul. ſingul. fut. Kal, coll. §. 25. II. 2. α).א).

תֹסֵף *addet*) tertia fœm. ſingul. Cæt. vid. p. 69.

תֵּת־ *dare*) Infinit. Kal, ex rad. נָתַן *dedit*, coll. §. 44. 2. cum §. 56. I. 2. & appoſito Makkeph §. 18. I. obſ. 2.

כֹּחָהּ *vis, virtus ſua*) כֹּחַ, a כוח Arab. *pugnando vicit*, eſt nomen F. סָגוֹר coll. §. 9. II. obſ. 1. & §. 47. cum ſuffixo

נָע *vagus*) Participium Benoni Kal ſingul. maſcul. a rad. נוּעַ *movere ſe*, *agitari*, *vacillare*, *vagari*, *recedere*. Formæ קָטַל coll. §. 47. & I. 1. α).

וָנָד *& profugus*) eſt idem cum præced. a נוּד *vagari*, *errare*, *moveri*, *agitari*, *migrare*, it. *condolere*.

תִּהְיֶה *eris*) ſecunda maſcul. ſingul. fut. Kal, ex הָיָה coll. §. 48. I. 2. & §. 13. II. 1. α).

v. 13.

עֲוֺנִי *iniquitas mea*. metonym. *iniquitatis meæ pœna*) ab עָוָה *inique*, *perverſe egit*, ad F. אַגְמוֹן deſcendit abſolutum עָוֺן, cujus (ָ) adpoſito ſuffixo corripitur ex §. 21. coll. §. 25. I. 1.

מִנְּשֹׂא *præ ferre*) Infinitivus Kal, radicis נָשָׂא (de qua p. 72.) perfecte formatus coll. §. 43. obſ. 2. cum præfixo.

v. 9.

אַי *ubinam*) Interjectio interrogantis. Conf. quæ in Conc. Nold. p. 17. not. r) dixi.

אָחִי *frater meus*) אָח (pag. 69) cum ſuffixo primæ ſingularis. Inſpice §. 39. II. obſ. 3.

v. 10.

מֶה *quid*) Vid. p. 41. coll. §. 37. 2.

דְּמֵי *ſanguines*) plur. conſtructus abſoluti דָּמִים coll. §. 34 II. 4. & I. 1. a ſingul. דָּם *ſanguis*, qui a rad. אָדַם *rubuit* ad F. דָּבָר coll. §. 55. 3. deſcendit.

צֹעֲקִים *clamantes*) particip. Benoni plural. maſcul. Kal, a ſingul. צֹעֵק coll. §. 17. c. 5. §. 16. II. §. 21. §. 22. II 1. coll. §. 25. I. 1. & §. 13. I. 2. radicis צָעַק *clamavit*, *vociferatus eſt*.

פָּצְתָה *aperuit*) tertia fœm ſingul. præteriti Kal, rad. פָּצָה *aperuit*, *pandit*, *dilatavit*, *liberavit*, coll. §. 48. II. cum obſ. 1. & §. 13 I. 4.

פִּיהָ *os ejus*) פֶּה, ad F מָוֶת vi §. 47. a rad. פוה Arab. *ore extulit*, *pronunciavit*, *verbum fecit*; *amplo ore fuit*, deſcendens, ſuffixum tertiæ fœm. ſingul. ex §. 39. II. obſ. 3. β). ſibi jungit.

לָקַחַת *ad accipiendum*) Radix לָקַח Infinitivum Kal ex §. 44. obſ. 3. α) coll. I. 2. cum §. 26 IX. 1. format; cui præponitur præfixum ex §. 50. III.

מִיָּדֶךָ:

מֶלֶךְ לַפֶּתַח *ad oſtium*) a rad. פָּתַח *aperuit*, F. מֶלֶךְ coll. §. 26. IX. 1. cum articulo excluſo & præfixo ל.

חַטָּאת *peccatum*, metonym. *pœna peccati, ſacrificium pro peccato*) a rad. חָטָא *peccavit*, eſt nomen fœm. ex Piel ad F. VI. auctorum p. 24 deductum, coll. §. 42. obſ. 2. ב. cum §. 25. II. obſ. 3.

רֹבֵץ *cubans*) part. Benoni Kal maſc. ſing. a רָבַץ *cubare, excubare, accumbere, incumbere, ſuccumbere.*

וְאֵלֶיךָ *& ad te*, ad lit. *& acceſſiones tui.* Genitiv.) conf. p. 10. cum §. 39. III. obſ. 1. quia ſcil plur. eſt אֵלִים. Conf. Job. 3, 22. &c.

v. 8.

בִּהְיוֹתָם *in eſſe eos*) הֱיוֹת cap. II. v. 18. cum ſuffixo & præfixo, coll. §. 50. III. §. 24. III. 2. & I. 1. nec non §. 13. II. 1. α), & §. 11. I. 3. β).

וַיָּקָם *& ſurrexit*) tertia maſcul. ſingul. fut. Kal, rad קוּם *ſtare, exſiſtere, conſiſtere, ſubſiſtere; ſurgere, inſurgere*, formæ יִקְטֹל coll. §. 47 & I. β). itemque 3. γ). cum ו converſ. coll. §. 16. III. α) 1. cum §. 50. III. obſ 3. β). & §. 18. I. 3.

וַיַּהַרְגֵהוּ *& interfecit eum*) tertia maſcul. ſing. fut. Kal יַהֲרֹג F. יִקְטֹל coll. §. 25. II. 2. α). א) & § 13. I. 2. a rad. הָרַג *interfecit*, cum ſuffixo tertiæ maſcul. ſingul. coll. §. 39. IV. §. 17. c. 5 cum §. 16. II. & I. & §. 17. c. 6. §. 22. III. 2. §. 24. II. 1. §. 11. I 2. obſ. 2. §. 13 I. 3. α) nec non ו converſivo.

v. 6.

לָמָּה *ad quid? quare?*) מָה, de quo p. 41. cum præfixo, coll. §. 50. III. adſumtoque dageſch euphonico ex §. 20. obſ. 3 β), vide §. 16. III α) 5. poſt I. obſ. 1. α).

חָרָה לְךָ *arſit, exarſit, accenſa eſt* (ira) *tibi*) Ad tonum ipſius radicis retractum conf. §. 16 III α) 4. poſt I. obſ. 1. α). לְךָ autem vid. p. 64.

v. 7.

הֲלוֹא *an non*) Vid. p. 31. coll. §. 50. II.

אִם *ſi*) particula a rad. אמם, (quam repete ex c. II. v. 24.) ad F. עַם p. 54. inflexa. Cujus genuinum ſignificatum & uſum, quem Lat. *ſi* fere exprimit, vide expoſitum in Concord. Part. Nold. p. 64. not. *b*).

תֵּיטִיב *benefacies*) a rad. יָטַב *bene eſſe, bonum eſſe* vel *videri*, eſt ſec. maſcul. ſingul. fut. Hiph. coll § 46. I. 2. α) cum obſ. 3. α). formæ תַּקְטִיל.

שְׂאֵת *portare, elevare*) Infinit Kal, rad. נָשָׂא *tulit, at ulit; portavit, geſtavit; ſumſit, ſuſcepit, ſuſtinuit; levavit, ſublevavit; condonavit, pepercit*, analog foret נְשׂא ſed conf. §. 43. obſ. 1. cum § 44. 2. & §. 49. 2. α). Qui nominaliter acceptus (Int. §. 157) *excellentiam & dignitatem*, ſpeciatim h. l. primogeniti præ fratre, (Gen. 49, 3.) alibi *tumorem* notat.

לַפֶּתַח

ضنى vel ضنأ *fœcundum eſſe, ſoboleſcere* Arabice ſignificat Boch. Hieroz. p. I. L. II. c. 43. Cum ſuffixo ו, coll. §. 22. III. 1.

וּמֵחֶלְבֵהֶן *& de pinguedinibus earum*) חֵלֶב *adeps, pinguedo*, plural. format חֲלָבִים coll. §. 33. I. 1. α) cum §. 21. §. 25. I. §. 22. IV. 2. ſed ſuffixo plur. fœm. יהֶן adpoſito vid. §. 39. II. §. 16. II. obſ. 4. cum §. 21. §. 24. II. obſ. coll. §. 17. Hyph. III. & §. 24. I. 3. nec non §. 56. I. 6. γ). Ad duplex præfixum conf. 50. I. cum §. 20. 1. & §. 50. III. obſ. 1. α).

וַיִּשַׁע *& reſpexit*) Rad. שָׁעָה *reſpexit, attendit &c.* tertiam maſcul. ſingul. fut. Kal cum ו conv. per apocopen format juxta §. 57. I. cum n. 2. & β). coll. §. 26. IX. 1. ex יִשְׁעֶה coll. §. 48. I. 2. Tonus eſt in penult. juxta §. 16. II.

מִנְחָתוֹ *munus ſuum, oblatio, donum*) F. שִׁפְחָה radix מנח Arab. *donavit, munere donove affecit*, cum ſuffixo coll. §. 39. I. obſ. 2. p. 87. §. 17. c. 5. §. 16. I. obſ. 1. β). §. 17. c. 6. §. 22. I.

v. 5.

וַיִּחַר *& exarſit*) a rad. חָרָה, formæ וַיִּשַׁע.

וַיִּפְּלוּ *& conciderunt*) tertia maſcul. plur. fut. Kal, coll. §. 44. 1. cum ו conv. a rad. נָפַל *cecidit, dejecit vel demiſit ſe, concidit, procidit, corruit, irruit.*

פָּנָיו *facies ejus*) Accedente ad פָּנִים (de quo p. 4. ſuffixo conf. §. 39. II. p. 87.

רֹעֵה *paſcens*) participii Benoni Kal, a rad. רָעָה *paſcere*, *depaſcere*; *ſocium amicum ſe præbere*, *conſociare ſe*, ſtatus conſtructus coll. §. 48. I. 2. cum §. 34. II. 2. Add. §. 16. III. α) 4.

עֹבֵד *colens*) particip. Benoni Kal maſc. ſing. rad. עָבַד *ſervivit*, *coluit*. h. l. conſtructum.

v. 3.

מִקֵּץ *a fine*) a rad. קָצַץ *amputavit*, *truncavit*, eſt nomen F. כֶּרֶשׁ coll. §. 45. I. cum præfixo.

לַיהוָה *ad Jhovam*) præpoſito nomini יְהוָה præfixo conſ. 50. III. §. 24. I. 2. β). §. 25. II. obſ. 3. β). cum §. 3. II. 2. β). & §. 13. I. 3. β).

v. 4.

הֵבִיא *adduxit*) rad. בּוֹא *venit*, *acceſſit*, tertia maſcul. ſingul. præt. Hiph. coll. §. 47. cum n 3 α).

מִבְּכֹרוֹת *de primogenitis*) Nomen fœm. plur. a ſingul. maſcul. בְּכוֹר deſcendit. (nam בְּכוֹרָה *primogenituram* & *jus primogenituræ* notat). Hoc loco eſt ſtatus conſtr. cum præfixo מ. בִּכֵּר *primogenitum protulit*, *effecit* vel *inſtituit*.

צֹאנוֹ *grex ejus*, *oves*, *greges ovium & caprarum*) eſt nomen collectivum, gen. com. §. 31. I. 3. F. סְגוֹר coll. §. 25. II. obſ. 3. a rad. צנא per metath. §. 58. (vid. Num. 32. 24 & Pſal. 8, 8.) A *fœcunditate* autem nomen habent oves, quippe quæ illis maxime convenit, nam

ضنا

CAP. IV.

V. 1.

יָדַע *cognovit, expertus eſt*) conf. Jud. 21, 11. 12. it. Num. 31, 17.

וַתַּהַר *& concepit*) tertia fœm. ſingul. fut. Kal, rad. הָרָה præpoſito ו conv. ex analog. תַּהֲרֶה formata juxta §. 25. II. 2. α) א) & §. 57. I. & 2. coll. §. 26. IX. 1. vel adhibe §. 24. II. 1.

וַתֵּלֶד *& peperit*) a rad. יָלַד *genuit, peperit*, tertia fut. Kal cum ו conv. coll. §. 46. I. 1. §. 16. III. α) 1. §. 18. I. 1.

קַיִן *Kajin*) Nomen propr. a rad. קין ad anal. בַּיִת formatum, ſed ſignificatum *poſſeſſionis* trahens (coll. §. 43. obſ. 3.) ex ſequente verbo

קָנִיתִי *poſſideo*) prima ſingul. præt. Kal, a קָנָה *comparare, emere, acquirere, acquiſitum poſſidere* cum dominio.

V. 2.

וַתֹּסֶף *& addidit*) a rad. יָסַף tertia ſingul. fœm. fut. Hiph. cum ו conv. ex §. 46. I. 2. α) coll. §. 16 III. α) 1. cum §. 18. I. 1. formata. Add. §. 7. I. 3.

לָלֶדֶת *parere*) Infinit. Kal, rad. יָלַד coll. §. 46. II. cum ל præfixo ex §. 50. III.

אָחִיו *frater ejus*) Formæ אָבִיו c. II. v. 24.

הֶבֶל *Habbel*) הֶבֶל, F. מֶלֶךְ a rad. הָבַל *evaneſcere, vanum fieri* vel *effici*, appellative *vanitatem* exprimit. Vid. §. 27. 1.

V. 23.

וַיְשַׁלְּחֵהוּ *& dimiſit eum*) rad. שָׁלַח tertia maſcul. ſingul. fut. Piel cum ſuffixo tertiæ maſc. ſingul. coll. §. 22. II. 1. & ו converſivo.

לַעֲבוֹד *ad colendum*) Infinitiv. Kal עֲבוֹד coll. §. 25. I. 1. cum præfixo ex §. 50. III. coll. §. 24. III. & §. 13. I. 2.

V. 24.

וַיְגָרֶשׁ *& ejecit*) tertia maſcul. ſingul. fut. Piel cum ו converſivo pro וַיְגָרֵשׁ coll. §. 20. 1. §. 50. III. obſ. 3. β). & § 18. I. 1. nec non §. 11. II. obſ. 1.

וַיַּשְׁכֵּן *& collocavit*) tertia fut. Hiphil cum ו conv. rad. שָׁכַן *habitavit.*

הַכְּרֻבִים *Cherubi*) Nomen plur. maſc. cum articulo, a ſingulari כְּרוּב, coll. §. 33. I. 1. α) cum §. 26. VIII. 2. e themate כרב Arab. *properavit.*

לַהַט *flamma*) Nomen formæ מֶלֶךְ coll. §. 26. IX. 1. a rad. לָהַט *ardere. flammare.*

הַחֶרֶב *gladius*) Nomen F. מֶלֶךְ fœm. gen. §. 31. exc. 1. α). a rad. חָרַב *ſiccatus fuit, vaſtatus, deſolatus fuit*, cum articulo, de quo §. 38. 1. coll. §. 20. obſ. 1. cum § 13. I. obſ. 1.

הַמִּתְהַפֶּכֶת *ſeſe vertens continuo* i. e. *micans*) participium ſingul. fœm. Hithp. cum ה demonſtr. a rad. הָפַךְ *vertit.* Vid. §. 32. 3.

דֶּרֶךְ *via*) a דָּרַךְ *calcavit, conculcavit, ivit, inceſſit*; de arcu adhibitum, *tetendit*, eſt nomen com. gen. juxta §. 31. except. 2. F. מֶלֶךְ.

CAP. IV.

munis generis, cum præfixo מ & ם epenthetico, coll. §. 36. I. 2. & §. 50. I. regulariter efficeret מִמֶּנּוּ. Sed aſſumto dageſch euphonico & correpta vocali longa præcedente in brevem, cum ſuffixo tertiæ maſcul. ſingul. de quo v. 11. confunditur quoad formam.

לָדַעַת *ad cognoſcendum*) eſt Infinitivus Kal, radicis יָדַע *cognovit*, pro דֵּעַת, coll. §. 26. IX. 1. quod ex יְדַע, vi §. 46 II. cum præfixo ל, de quo §. 50. III.

וְעַתָּה *& nunc*) eſt nomen natura ſua ſubſtantivum, a rad. עָתַת *tempeſtive eloqui*, ad form. דְּבַשׁ coll. §. 45. I. formatum, cum ה paragog. de quo §. 54. I. γ). quo aſſumto vide §. 19. & de tono penultimæ §. 54. obſ. 1 א. α) ad ultimam h. l. demiſſo §. 16. III. β). 2.

יִשְׁלַח *emittet*) pro יִשְׁלַח, tertia maſcul. ſingul. fut. Kal, rad. שָׁלַח *miſit*, *emiſit*, *extendit*. ex § 41. III. obſ. 3.

יָדוֹ *manus ejus*) nomen fœm. frequ. §. 31. exc. 1. β). a rad. יָדָה *jecit*, *projecit*, ad F. דָּבָר coll. §. 57. I. notans *manum*, *ripam*, *latus*, *tractum*, *locum*, *ſpatium*; cum ſuffixo.

וָחַי *& vivet*) a rad. חָיַי eſt tertia præter. Kal. coll. §. 45. I. cum ו converſivo, de quo §. 50. III. obſ. 2.

לְעֹלָם *in perpetuum*) nomen form. שׁוֹפָר a rad. עלם *occultum eſſe*, cum ל præfixo.

Piel *vivere fecit* ad formam אִיְּלָה pag 15. paradigmatum, ultima abjecta juxta §. 48. II. 1. & י cum ו alternante juxta §. 3. obſ. 2. *α*).

v. 21.

כָּתְנוֹת *tunicæ*) nomen plurale & hoc loco conſtructum, a ſingulari כְּתֹנֶת *tunica*, formæ קְטֹרֶת, Conf. §. 33. I. 1. *β*) it. II. 1. cum §. 17. c. 2. nec non §. 22. III. obſ. 2. cum §. 24. I 4.

עוֹר *pellis*) nomen form. קֹדֶשׁ coll. §. 57 I. ab עָרָה *nudari*.

וַיַּלְבִּשֵׁם *& veſtivit eos*) futuri Hiph. perſona tertia maſcul. ſingul. cum ſuffixo tertiæ plur maſc. coll. §. 39. IV. it. § 56. I. 6. *δ*) & cum præfixo ו converſivo.

v. 22.

הֵן *ecce*) Particula demonſtrantis & exhortantis. Vid. Int. §. 104. & not. *b*). pag. 276. in Concord. Noldianis.

כְּאַחַד *ſicuti unus*) Nomen numerale cardinale, ſingul. numeri, ſtatus conſtructi, ab abſoluto אֶחָד de quo c. I. v. 5. Nimirum (ָ) ultimo in (ַ) correpto ex § 34 II. 1, redit pro (ֶ) penultimo (ָ) formale, coll §. 17. c. 7. cum ſupra dictis ad אֶחָד, quod tum porro in (ֲ) juxta §. 34. I. 1. tranſit, permutandum cum (ֲ); vi §. 25. I 1. unde tandem (ַ) enaſcitur juxta § 26. XI. 1. *β*). De tono conf. §. 16. II. obſ. 2.

מִמֶּנּוּ, *ex nobis*) Suffixum primæ plur. communis

manente, coll. §. 17. c. 6 cum §. 34. I. 2. habens præfixum ב. Inflectitur ad form שְׂרֵפָה coll. §. 47. & *ſudorem* notat, qui motione & labore excitatur, non vero calore extrinſecus ſuperveniente.

אַפֶּיךָ *nares tuæ* ſ. *facies tuæ*) dualis, ex אֲנַף (unde אַף de quo ſupra v. 1.) coll. §. 33. I. 2. cum §. 21. §. 22. IV. 1. §. 24 I. 2. α) & 56. I. 2. β) h. l. cum ſuffixo pluralium nominum, ad quod conf. §. 39. II.

לֶחֶם *panis, cibus*) nomen F. מֶלֶךְ a rad. לָחַם *veſci, pugnare.*

עַד *usque ad*) a rad. עֲדָה Chald. *tranſire*, eſt nomen ad F. מֶלֶךְ & בַּעַל coll. §. 26. IX 1. per apocopen flexum, eodem modo quo גַּי ex גַּיְא deſcendit. (de quo v. in Addend pag ult.) *tranſitum* notans.

שׁוּבְךָ *reverti te*) Infin. Kal. coll. §. 47. & I. 1. β) cum ſuffixo.

מִמֶּנָּה *ex ea*) particula מִן, cum ſuffixo tertiæ fœm. ſingularis, cujus pronominis ablativum format: & inſerto מ epenth. conf. §. 36. I. 2. & §. 50. I.

לֻקָּחְתָּ *ſumtus es*) rad. לָקַח ſecunda maſc. ſingul. Püal. coll §. 27. 1.

תָּשׁוּב *reverteris*) a rad. שׁוּב *redire, reverti*, eſt ſecunda maſcul. ſingul fut Kal. coll. §. 47. cum I. 1. β) & n. 3. γ.).

v. 20.

חַוָּה *Hhavva*) proprium nomen in fine auctum fœmin. a rad. חָיָה *vixit*, in

v. 17.

אִשְׁתְּךָ *uxor tua*) Vide ſupra c. II. v. 24. & de (:·) loco (:) vide §. 27. 3.

אֲרוּרָה *maledicta*) particip. Paul. fœm. ſingul. ex maſcul. אָרוּר coll. §. 32. 1. cum §. 21. & 25. I. 1.

בַּעֲבוּרֶךָ *propter te*) עֲבוּר *tranſitus*, *cauſa* &c. Interp. §. 125.) eſt nomen formæ גְּבוּל cum præfixo בְּ, de quo §. 50. III. coll. §. 24. III. & ſuffixo ךָ coll. §. 27. 3.

תֹּאכְלֶנָּה *comedes eam*) תֹּאכַל cum ſuffixo tertiæ fœm. ſingularis, coll. §. 22. IV. 1. cum §. 26. XV.

v. 18.

וְקוֹץ *& ſpina*) formæ כְּבוֹד a rad. קוּץ *tædere*.

וְדַרְדַּר *& carduus*) Nomen formæ פַּרְזֶן coll. §. 47. II. 2. ex דּוּר Arab. *circumire*, (ob ſemen rotundum in rotunda ſiliqua concluſum.)

תַּצְמִיחַ *progerminare faciet*) tertia fœm. ſingul. fut. Hiph. a rad. צָמַח *germinare*, *oriri*, de (-) furtivo vid. §. 9. II. obſ. 1.

לָךְ *tibi*) pro לְךָ coll. §. 27. 5.

וְאָכַלְתָּ *& comedes*) ſecunda maſcul. ſingul. præteriti Kal cum ו converſivo, de quo §. 50. III. obſ. 2.

v. 19.

בְּזֵעַת *in ſudore*) a rad. זוּעַ *moveri*, eſt nomen fœm. ſingul. conſtructum, abſoluti זֵעָה, ex §. 34. II. 3. & n. 1. (..) manen-

fere ſoni (ܲ) pro (ܵ) adſumit ex §. 41. III. obſ. 3. coll §. 17. c. 3. β).

אַרְבֶּה *multiplicabo*) ſuperioris radicis prima ſingul. fut. Hiph coll. §. 48. I. 2.

עִצְּבוֹנֵךְ *dolor tuus*) A rad. עָצַב *dolore affecit* deſcendit עִצָּבוֹן ad F. בִּצָּרוֹן parad. p. 42 cujus (ܲ) accedente ſuffixo ſecundæ fœm. ſingul. corripitur in (ܵ) ex §. 21. manentibus reliquis juxta §. 17. c. 6. & §. 22. III. 1.

וְהֵרֹנֵךְ *& conceptus tuus*) a rad. הָרָה *concepit* inflectitur nomen ad F. præmiſſæ vocis, coll. §. 20. 1. & §. 48. II. 1.

בְּעֶצֶב *in dolore*) Nomen nudum, F. מֶלֶךְ cum præfixo ב.

תֵּלְדִי *paries*) ſecunda fœm. ſingul. fut. Kal, rad. יָלַד *peperit*, *genuit*, coll. § 46. I. 1. & 56. I. 6. α). De Meteg vid. §. 13. I. 4.

בָנִים *filii*) a ſingulari בֵּן formæ חֲמֹר, a בָּנָה *ædificavit*, eſt pluralis maſcul. coll. §. 22. II. obſ. 2.

אִישֵׁךְ *maritus tuus*) ſuffixo fœmin. ſingul. appoſito vide § 22. I.

תְּשׁוּקָתֵךְ *accurſus tuus*) תְּשׁוּקָה formæ LVII. utrinque auctorum pro תְּשׁוּוּקָה coll. §. 47. cum §. 17. c. 7. ex שׁוּק *diſcurrere*, *deſiderare*, *appetere*, cum ſuffixo ſecundæ fœm. ſingul. coll. §. 39. I. obſ 2.

יִמְשָׁל־בָּךְ׃ *dominabitur in te*) fut. Kal. cum Makkeph de quo §. 14. coll §. 18. I. 1. בָּךְ conſtat ex ſuffixo ſecundæ fœm. ſingul. & præfixo, coll. §. 39. III. obſ. 2.

v. 17.

exhibuit F. שְׂרֵפָה coll §. 47. inſerta matre lectionis; cum præf. ו.

אָשִׁית *ponam*) thematis שׁות prima ſingul. fut. Hiphil. coll. §. 47. cum num. 3 γ).

בֵּינְךָ *inter te*) בֵּין cum ſuffixo ſecundæ maſcul. ſing.

זַרְעֲךָ *ſemen tuum* } vid p. 13. זַרְעוֹ; niſi quod hic alterum habeat ſuffixum ſecundæ maſcul.
זַרְעָהּ *ſemen ejus* } alterum vero tertiæ fœm. ſingularis.

יְשׁוּפְךָ *conteret te*) יְשׁוּף tertia maſcul. ſingul. fut. Kal, a rad. שׁוּף *contrivit, læſit graviſſime*, ad analog. יִקְטוֹל coll. §. 47. & n. 3 formata, appoſito ſecundæ maſc. ſingul. ſuffixo, (ֳ) in (ְ) corripit ex §. 21. de Meteg vid. §. 13. I. 4.

רֹאשׁ *caput*) formæ סָגוֹר coll. §. 25. II. obſ. 3. rad. ראשׁ, de quo p. 1.

תְּשׁוּפֶנּוּ *conteres ipſum*) ſecunda maſcul. ſingul. fut. Kal, ex שׁוּף ut antea, cum ſuff. tertiæ maſcul. ſingul. Ad Dageſch conf. §. 11. I. 3. β).

עָקֵב׃ *calx, calcaneus*) it. *extrema pars, finis, merces.* F. זָקֵן a rad. עָקַב *calcem tenuit, ſupplantavit, circumvenit.* Piel. *diſtulit ad extremum.*

v. 16.

הַרְבָּה *multiplicare*) Infin. Hiph. הַרְבֵּה (§. 48. I. obſ. 3. γ) a rad. רָבָה *multum eſſe*, ſemper ob ſubſequentem vocem ejusdem fere

ואר‍ *bac*) Dageſch euphonicum eſt, ex §. 20. obſ. 3. γ).

אָרוּר *maledictus*) particip. præter. Kal, Paul. rad. אָרַר *maledixit*, *exſecratus eſt*.

גְּחֹנְךָ *venter tuus*) גָּחוֹן ad analog. אַגְמוֹן coll. §. 48. II. 1. cum §. 17. c. 2. & §. 18. II. a rad. גחה deſcendit, quæ Arabibus notat *extirpavit*, *emiſit*. quia venter egeſtionis propria membra continet; ſuppetias ferente juxta §. 43. obſ. 3. radice גּוּחַ *prodiit*, *edidit*, & Arab. جَحَّ, permutatis ejusdem organi literis, *excrevit*, *emiſitque*. Accedente ſuffixo conf. §. 21. §. 22. III. 1. cum §. 13. I. 4. Tonus eſt in ultima, ex §. 16. I. obſ. 1. β).

תֵּלֵךְ *incedes*) radicis יָלַךְ *ivit*, *inceſſit*, ſecunda maſcul. ſingul. fut. Kal, coll. §. 46. I. 1. cum §. 56. 6. α).

יְמֵי *dies*) Abſoluti יָמִים, de quo p. 15. forma conſtructa ex §. 34. II. 4. & I. 1.

חַיֶּיךָ׃ *vita tua*) Ex rad. חָיַי enaſcitur חַי *vita*, ad F. דְּבַשׁ coll. §. 45. I. cujus pluralis חַיִּים, ex §. 33. I. 1. α) coll. §. 19. formatus, ſuffixum ſecundæ maſc. ſingularis nominum pluralium ſibi ſociat ex §. 39. II. p. 87.

v. 15.

וְאֵיבָה & *inimicitia*) Nomen fœm. ſingul. a rad. אָיַב (§. 43. obſ. 2.) *inimicum ſe exhib-*

עֲמָדִי *adſiſtentia mea*) Nomen a radice עָמַד *ſtetit, adſtitit*, F. כָּבָר cum ſuffixo primæ ſingul. commun.

הִוא *illa*) Pronom. perſ. tertiæ fœm. ſing. ex הָוָה *fuit, extitit*, ad F. שְׁחִין coll. §. 47. add. cap. III. 12.

נָתְנָה־לִּי *dedit mihi*) tertia fœm. ſing. præt Kal, tonum haberet in ultima ex § 16. I. obſ. 1. α), ſed per Makkeph ad vocem ſequ. quæ ex ſuffixo primæ ſingul. & præfixo, ejusdem pronominis Dativum determinante, conſtat, abripitur, adſumto ſimul Dag. euph. ex §. 20. obſ. 3. γ). coll. tum §. 14. obſ. β).

וָאֹכֵל׃ *& comedi*) prima ſingul. fut. Kal, rad. אָכַל coll. §. 46. obſ. 1. α) & §. 56. I. 3. α). cum ו converſivo.

V. 13.

לָאִשָּׁה *ad mulierem*) Articulus ejectus, coll. ad Meteg §. 13. I. 1.

מַה־זֹּאת *quid hoc*) Vid. §. 14. §. 20. obſ. 3. γ). §. 37. 2. coll. §. 18. I. 1.

עָשִׂית *feciſti*) pro עָשָׂיְתְ vi §. 48. II. 2. α).

וַתֹּאמֶר *& dicebat*) tertia fœm. ſingul. Fut. Kal. reliqua vid. p. 5.

הִשִּׁיאַנִי *ſeduxit me, impoſuit mihi*) a rad. נשא tertia maſcul. ſingul. præt. Hiph. cum ſuffixo. coll. §. 44. I. 1. & §. 39. IV.

V. 14.

עָשִׂיתָ *feciſti*) ſecunda maſcul. ſingul. præteriti Kal, rad. עָשָׂה coll. §. 48. II. 2. α).

זאת

quente, cujus utpote ſonum æmulatur per (:) quieſcens adfectum, adpoſitoque tandem ה paragogico cum (ָ) ex §. 54. I. 1. β). Quod tonum locat in penultima juxta §. 16. I. obſ. 2. α). ubi etiam vocalis brevis ob pauſantem accentum in (ָ) elevatur ex §. 27. 1. Vide ſis p. 106. in Concord. Nold. adſcripta.

הֲמִן *an de*) Vid. pag. 32. & conf. §. 50. II.

צִוִּיתִיךָ *præcepi tibi*) Rat. צוה format primam præt. ſingul. Piel ad analog. קִטַּלְתִּי ex §. 48. II. 2. α). coll. §. 26. III. 2. γ). cui adpoſitum ſuffixum ſecundæ maſcul. ſingul. coll. §. 39. IV. obſ. 3.

לְבִלְתִּי *ad non*) Particula בְּלִי, *abolitionem*, *conſumtionem*, *defectum* nominali ſignificatione exprimens, a rad. בָּלָה *inveteravit*, *detritus conſumtus fuit* deſcendit, ad F. עִבְרִי coll. §. 48. II. 1. cum §. 17. c. 2. & c. 7. cui inſertum ת epentheticum ex §. 53. III. 2. coll. §. 3. obſ. 1. cum §. 24. I. 1. nec non §. 11. I. 2. & ל præmiſſum.

אֲכָל *comedere*) Infinitivus Kal, coll. §. 25. I. 1. &, appoſito Makkeph, §. 18. I. 1.

אָכָלְתָּ: *comediſti*) ſecunda maſcul. ſingul. præteriti Kal, coll. §. 27. 1.

V. 12.

נָתַתָּה *dediſti*, *poſuiſti*) ſecunda maſcul. ſingul. præteriti Kal, pro נָתַנְתָּ coll. §. 54. I. 1. β). & §. 44. obſ. 1.

formaliter exprimit *obvium* in ſermonis negotio præſentibus aliis, *halitum oris emittentem*, h. e. *loquentem*, הַמְדַבֵּר Ebræis dictum Tonum habet in penultima ex §. 16. I. Cæterum vide in Concord. Nold. p. 85. notata.

וָאֵחָבֵא׃ *& occultavi me*) thematis חבא prima commun. ſingul. Fut. Niph. coll. §. 20 1. & §. 13. I. 1. cum ו conv. de quo §. 50. III. obſ. 3. & §. 20. 1.

V. 11.

מִי *quis*) Pronomen interrogat. perſonæ, (§. 37) ex מחה ad F. שְׁחִין & רִי ortum. coll. §. 57. I. §. 17. c. 2. §. 3. obſ. 1. § 24. I. 1. & β). Adde §. 3. obſ. 2. α).

הִגִּיד *indicavit*) tertia maſcul. ſingul. præt. Hiph. radicis נגד, coll. §. 44. 1. & vid. p 41. כְּנֶגְדּוֹ.

לְךָ *tibi*) Dativus pronominis ſecundæ maſcul. ſing. ex ſuffixo ejusdem & præfixo conflatus juxta §. 36. I. 2.

אַתָּה *tu*) Pronom. perſ. maſc. ſing. conflatum ex ſupra dicto אָנָה, & ת, perſonæ præſentis & *terminum* ſermonis ad quem conſtituentis charactere eſſentiali, ex תָּוָה *definire*, *determinare*, *certis limitibus circumſcribere*, deſumto; ה ſcilicet pro more excidente, & enato tum ex Schvaim concurrentibus ſub א (-), vi §. 24. II. 4. נ per dageſch compendioſe exhibito in litera ſequen-

